

CHRONICON TOLOSANI

Protinus ingreditur, leo bellicus, alter Achilles,
 Et cernit solo cīncta subacta metu.
 Clavibus acceptis, et civibus inde rejectis [a],
 Dantur victori m̄phenia nuda suo.
 Ultrici flāphma perm̄misit cīncta creñari,
 Legem, quam tulerant, ut patereptur eam [b],
 Cūrru, vexillo, signis, armis spoliati
 Urbem cum gemitu deseruere gravi.
 Aequatum vallum, turres franguntur, et omnis
 Murus, et inde ruit quidquid in urbe fuit.
 Plebs dolet infelix quod, longius ire [c] negata,
 Spectatrix dampni [d] cogitur esse sui.

III

Fecit praeterea dominus imperator quatuor fieri burgos tam ex nobilibus, quam
 ex populo, qui in partibus illis remauerant, ceteris ad partes diversas migrantibus,
 quia iverunt in Hungariam [e] et ad eumdem regem se contulerunt, et a quo hono-
 rifice recepti sunt; et a quibus nulla voluit recipere servitia; sed in perpetuum liberi
 et immunes ab omni onere existere deberent penitus. Et tunc quidam de voluntate
 dicti regis in comitatu Colozanis seu Colocensium villam [f] de novo fecerunt, vo-
 catam Francavillam [f], alii aliam in eodem comitatu, Cadabul [g] vocatam [g], aede-
 dicarunt; in quibus ecclesias in honorem beati [h] Ambrosii patroni eorum aedi-
 ficaverunt. Qui omnes mediolanensi et Hungarica lingua gaudent, et ita semper suos
 instituunt filios [i] lingua eadem. Hoc ideo faciunt, ut se eadem lingua defendant, et
 ne unquam tempore in aliquo reges vel eorum n̄ncii, qui temporibus erunt, ali-
 quem eorum in servitutem redigere possent. Alii vero inter Saracenos [j] iverunt, et
 illuc optimum fecerunt locum, qui Mediolanum parvum vocatur; qui, ut intelleximus [k],
 doctrinam Nicolitarum secuti sunt. Per idem tempus turres et muros civitatum
 Lombardie in planum prosterni praecepit. Nullus item [l] ad ejus suorumque nun-
 ciorum imperium etiam loqui audebat.

[a] inde rejectis. In C. M., regectis. — [b] Legem, quam tulerat, ut patereptur eam. Sic C. M. In
 C. V., legem, quam tulerat, ut patereptur eam. — [c] quod longius ire. Sic legit Cl. Mitt. In C. V., quae
 longius ire. — [d] spectatrix dampni. C. V. In C. M., spectatrix dampni. — [e] in Hungariam. C. M. habet
 Ungariam, sine praepositione in. — [f] vocatam Francavillam, C. M. Cl. Mitt. legit Francavilla pro Fran-
 cavillam. In C. V., vocatam Francam villam. — [g] Cadabul vocatam, Codd. — [h] in honorem beati, C. V.
 In C. M., in honore beati. — [i] suos instituunt filios, C. M. In C. V., suos instruunt. — [j] inter Sa-
 racenos, Codd. M. et V. Cl. Mitt. legit ad Saracenos. — [k] qui, ut intelleximus, C. V. In C. M., quos,
 ut intelleximus. — [l] Nullus item. Sic C. M. legi posse videtur. Cl. Mitt. legit nullus nisi. C. V. habet
 nullus enim, sed posset etiam legi sic: nullus nec, ut cuidam arridet.

[A] Colocensium villam. An hic adhibetur villa pro eo, quod sonat gallice Villa? num vero pro
 pago? Quod vero attinet ad Colozanis comitatum, in cuius vicinia Francavillam aedificatam scribit To-
 losanus, notandum est, in Hungaria inferiori reperiri urbem Colociam, sive Colozza, quae fortasse no-
 mine Colozanis, et Colocensium ab auctore nostro hic effertur. Sed Francavillam circa Colociam non
 potui apud Geographos mihi notos invenire. Colotz hungarice Italiam significat. Ibi autem lingua utun-
 tur adhuc, quae Italicas vocabulis scatet.

[B] Cadabul quoque non invenio.